neq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis Iuris non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante:

Idem Magnificus Capitaneus Sanocensis, Gnosae Drogocka 10000 Debet.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus personaliter Comparens Magnificus Georgius Wandalinus de Magna Konczyce Mniszech Sanocensis, Szczyrzecensis Dembowiecensis et Capitaneus sanus mente et corpore existens à Iuris districtibus Iuribus Iuris ordinationibus que suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet, seeamque suis successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosae Alexandrae de Koryszno olim Gnosi Stanislai Drogocki Consortis derelictae viduae eiusque posteris summam Decem Millium florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenet atque debet. Quam quidem summam supratactam decem Millium florenorum polonicorum iisdem memoratus Recognoscens Magnificus Capitaneus Sanocensis seac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis supratactae Gnosae Alexandrae Drogocka Creditrici suae eiusque posteris hinc et ab acta praesenti proxime et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno proxime venturo Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo realiter et in effectu solutum et Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus repositionem et relictionem, repositasque et relictam misso ab eodem Officio

non effidei ussurus nec arestaturus vel alio quovis modo solutionem summae eiusdem impeditturus et impugnaturus inscribit et obligat praesentibus Idque sub vadio similis summae Decem Millium florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Magnificum Capitaneum Sanocensem sive eius posteros supramemoratae Generosae Drogoszka Creditricis suae vel ipsius successoribus ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro aliqua principali ex praemissis non completa complenda summaque ipsa principali non oblata solvenda citatus existens memoratus recognoscens Magnificus Georgius Tandarius de magna Konczyce Mniszech Capitaneus Sanocensis sive eius successores ad Instantiam praefatae Generosae Alexandrae Drogoszka Creditricis suae vel ipsius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate prostraciori Minorennitate successorum legatione Intra vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia penitus simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus sua vis praecone.

ſtatas caremq Inſcriptiones Roboratorias, tum demum ipsam Inſcriptionem Obligatoriam in toto et per omnia Caſsat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Idem Magnificus Capitaneus Sanocensis, et Drogocka Roborant 311

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus personaliter Comparentes Magnificus Georgius Bandalinus de magna Kunczyce Mniszech Capitaneus Sanocensis Szczyrecensis ab una et Generosa Alexandra de Kapy Stro olim Generosi Stanislai Drogocki Consors derelicta ab altera parte

Vidua sani mentibus et Corporibus existentes à Terrestribus, Iuribus, Iurisdictionibus quibus suis quibusvis proprys et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum suis successoribus ac bonis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsum suo prointeresse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo, et invicem una pars alteri ac Posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis, inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum pactorum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data illius Praemisliae die hodierna in Actu Contenta Confectam et Conscriptam manibus recognoscentium propriys ab utrinque subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, Punctis, Clausulis, articulis, Vadio, ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere, Complere,